Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



11

aut alijs personis. vsurpationis iurisdictionum et fructuū ad
eas pertinentiū. symonie super ordinibus vel beneficijs assequē
dis in eadem curia vel extra eam contracte absoluere. necnon vo
ta quecunq; vltramarino visitationis limina apl̄orum petri et pau
li ac sancti iacobi in compostella. necnon religionis et cōtinē
tie votis dūtaxat exceptis. in alia pietatis opera cōmutare. libere
ac licite valeant. plenam ac liberam auctoritate p̄fata earūdē
tenore presentium concedimus facultatem. presentibus post tri
ennium huiusmōi minime valituris. Datum rome apud san
ctum petrū Anno incarnationis dominice millesimo quadringē
tesimo octogesimo quinto sexto nonas marcij. pontificatus
nostri anno secundo.

Innocentius episcopus seruus seruorū dei ad futuram rei
memoriam. Thesauri sacratissime passionis dominice. quem
in ecclesiasticis sacramentis reconditum diuīe pietatis mi
seratio pro suorum salute fidelium in eterne vite premium
erogari disposuit meritis licet insufficientibus dispensatores
effecti. tuē commisse dispensationis ministerium digne peragere ac
domus cum ipsius thesauri salubre commercium in opus reparati
onis et instaurationis monasteriorum et religiosorum locorū quē mari
me indigere noscuntur. necnon pro gloria et honore sanctorum dei
cum aliarum salute conferimus. Sane pro parte dilectorum filiorum
prepositi et conuentus monasterij per ipsorum solitis gubernari clau
stri neunburgensis ordinis sancti augustini patauiensis diocesis
nobis nuper exhibita petitio continebat. quod ipsi pro honore et gloria
sancti leopoldi cuius corpus gloriosum in ecclesia dicti monasterij
requiescit. et quem nos in primordijs nostre assumptionis ad summū
apostolatus apicem aliorum sanctorum numero aggregauimus. summo
pere desiderant canonisationē eiusdem sancti in saltzburgensi stri
gonensi et pragensi prouincijs. in quibus illa nondum fuit
publicata publicare. sed dubitant ne forsan a locorum ordinarijs
impediantur. Qua re pro parte eorūdē prepositi et conuentus asse
rentium in prosecutione dicte canonisationis monasterium ipsum et